

De figuris lapidum, &c.

est, ita ut margines placentarum, rotula coquinaria vel placentaria dissecti. Videtur quidem similitudinem aliquam habere primo aspectu cum cornu Ammonis, similiter ferè striata & reuoluta superficie: plurimum verò differt, nam huius exterior ambitus, non tereti figura ut Cornu spectatur, sed in angustum margine tortose colligit: & tum foris ferro similior est, tū intus lapis durior: tota quæ figura latior, planior, compressior. Sed neque foetet in ore mandentis, ut illud. Media pars, qua reuolutio desinit, caua est ab vno latere: ab altero protuberat, nec apparent reuolutiones. Ad ferrū ignem emittit.

1. Strombus lapideus, Strombites.
2. Strombulus quidam minimus, si bene memini.
3. Conchæ striatæ à Rondeletio dictæ genus. Primum & secundum ex his Encelius non rectè pro Cheloni-tis

tis